



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Enchiridion Piarvm Meditationvm In Omnes Dominicas,
Sanctorvm Festa, Christi passionem, & cætera**

Busaeus, Johannes

Mogvntiæ, M. DCVI.

37. De depositione de cruce. Mat. 27.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70978](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70978)

Exod.
12.
Zach.
11.

314 MEDITATIONES DE

rum est testimonium eius, ut & vos credatis.
Facta enim sunt haec, ut Scriptura impleatur.
Os non comminuetis ex eo. Et. Videbunt, in
quem transfixerunt. Considera ideo S. Jo-
annem multis verbis dicere, se esse oculum
eum testem, ut discas esse mysterium magnum
momenti. 2: ideo, quod de agno Pascha
in Exodo scribitur, Christo attribui, quia
ipse est verus agnus, cuius os non debet
comminui, id est, eius potentiam in Be-
charistia non debemus scrutari, nec frater-
nam caritatem violare. 3. in die iudicii vul-
nera Christi impiis fore conspicua; ut dis-
ceas, quanta gloria sit martyrum futura in
caelo, qui cum Christo vulnerum cicatrices
velut gemmas, retinebunt.

MEDITATIO XXXVII.

De depositione de Cruce. Matt. 27. Matt.

15. LUC. 23. Ioan. 19.

CUM sero esset, venit Ioseph ab Arima-
thia, homo dives, & nobilis decurio, et
bonus & iustus, & occultus Iesu discipulus.
Considera, Dominum duobus Iosephis com-
mendamur suam personam. Vni in initio vite,
a quo gubernaretur. alteri in fine, a quo
sepeliretur. Ioseph idem est, quod accrescit,
et proficiat, quia Iesus non tantum se com-

PASSIONE DOMINICA. 375

municat, qui in vita spiritali indies proficiunt. 2. Considera Ioseph occultū fuisse discipulum, sed ne perderet tandē tūcum thesaurū, pdidit se contēptis periculis, vt discaste nō obtēturum Iesū, nisi contēnas timores humanos & parat⁹ sis aliud pati. Rosa nō colligūtur sine spinarū pūcturis.

Hic non consenserat actibus eorum, quia expectabat regnū Dei. Hic audacter à Pilato petiit corpus Iesu, & impetrauit, cum ex Centurione audisset esse mortuū, de quo mirabatur. Considera hic alias virtutes Iosephi, si vis esse dignus corpore Domini. Primo enim vitanda sunt malorum cōsortia. 2. ad regnū cœleste est anhelandum; constanter perficienda sunt, quæ Dei gloriam promouent. 4. saepe magno desiderio & deuotione petendum est & accipiendū corpus Domini. 2. Considera miram obedientiā Christi post mortē, q̄ noluerit corpus deponi citra licetiā legitimi magistratus, & vt illud ex gratia ab eo peteretur; tanquā malefactoris, quo terræ mandari posset. Deinde eximiū in nos amorē, quod postquam dedit nobis sanguinē, animā & vitam, pro consolatione nostra voluit etiā corpus suū Iosepho, & in eo nobis donari.

Ioseph autem mercator sindonem mundā.

corpore

corpus IESU depositum illi inuoluit. Considera quantam reuerentiam Ioseph exhibuerit, clauos ipse euulserit, & de croce iuuante Ioanne & mulieribus pariter, excipiente illud in sinum matris suae Virgine, demiserit. Quot hic singulorum quot suspiria omnium & lacrymæ? Vnde quomodo in oscula beata mater ruat in uisus corporis, quomodo in pectus B. Ioseph, quomodo ad pedes M. Magdalene.

2. Considera syndonem mundam esse mundam à peccatis consciētiam, in qua debemus corpus Domini excipere, dum communicamus, & si non habemus, numero penitentiae emere.

MEDITATIO XXXVIII.

De sepultura Domini. Ioan. 19.

1. **V**ENIT & Nicodemus ferens mixturam myrrha & aloes quasi libras centū. Corpus autem Christi ligarunt linteis cum aromatibus. Considera, quātum Nicodemus ex passione hac profecerit; Prius uenerat ad IESUM nocte, nunc palam, tunc nihil præter quæstiones afferebat, nunc fert pretiosa aromata, & officiū exhibet sepulture: ut discas in uirtutibus progressum facere.
- Ioan. 3.